

Mythologia, Padoue, 1616 - 66 : Silène sur un âne

1 médaille (variante féminine)

Auteur(s) : Ferroverde, Filippo (graveur)

Collection Série C - 1615. Filippo Ferroverde, Nove Imagini degli dei (Padoue)

[Nove Imagini, Padoue, 1615 - Annot. 36 : Le génie du peuple romain](#) □ a pour reproduction ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Citer cette page

Ferroverde, Filippo (graveur), *Mythologia* Padoue, 1616 - 66 : Silène sur un âne ; 1 médaille (variante féminine), 1616

Consulté le 17/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/7785>

Présentation du document

Publication *Mythologiae, siue, Explicationis fabularum libri decem*, Patavii, Apud Petrum Paulum Tozzium, ex typographeio Laurentij Pasquati, 1616

Exemplaire HathiTrust : Getty Research Institute -

<https://catalog.hathitrust.org/Record/100240830>

Format in-4

Pagination p. 251

Exposition virtuelle [La "Mythologie" et ses gravures](#)

Notice créée par [Maria Laura Cucciniello](#) Notice créée le 11/09/2023 Dernière modification le 25/11/2024





tentiam, vel certè summa cum difficultate explicare mihi videntur, parumque cum Græca elegantia convenire, ego an illa Latina facere & clariùs exprimere possem experiri. Est autem Arati sententia, quod nubecula quædam in Cancri ostraco inter scapulas existens, habet utrinque stellas, quæ Aselli, vocantur, quare illa iure dicitur Præsepe. ubi igitur illa nubes pura, & aperta videtur, futurum cælum serenum significat. quod etiam inquit ita Theophrastus in libro de Signis futuræ serenitatis: *ἡ γὰρ τῶν ὀνείων φάσμα, ὅτε ἀν' καθὰ τὸ καὶ λαμπρὰ φαίνεται, εὐδαιμονία.* & Asini Præsepe cum purum splendidumq; apparuerit, signum est futura serenitatis: at versus Arati, quos Latinos facio, ita se habent;

*Hinc Præsepe nota: nubes id parva videtur
 In Boream surgens, ubi fulgent sydera Cancrī.
 Hoc propter gemina voluuntur lumine stella
 Pertenui, nec longinqua nimis: haud tamen illa
 Coruscant, spatioq; vana distare videntur.
 Altera sit Borea propior, detorquet in Austrum
 Altera: & haec dicuntur Aselli, separat illa.
 In medio Præsepe, polo utque repente sereno
 Ex oculis hominum vanescit, at hæc coeantes
 Fugit vicina stella, & simul esse videntur.
 Imbribus immodici ut Iupiter arua rigabit.*

Vbi igitur illa nubecula evanuerit, quam

Asini Præsepe vocavit Theophrastus, quod quidem accidit ob condensatum humorem, cum illa sit tenuis, ac debilis, illæ duæ stellæ videntur fieri propinquæ, atque id futuram tempestatem significat. Illud autem fit, ut videantur congregari, quia corpus diaphanes vaporum in aquam propè verforum radios oculorum infringit, neque patitur frequentes ad rem conspectam pervenire, quare non potest deprehendi vera distantia: atque hæc fabulosè de Sileno, deque eius asino dicta sunt.

HVNC Bacchi comitem, senem, ventricosum, titubantemque dixerunt, quia vinum & ebrietas eum obesos faciat & vetricolos, tum caput plerunque granat, & titubantes facit & ad senectutem citius perducit: hæc enim omnia incommoda, & corporis turpitudines idcirco Bacchi comites sinxerunt: quidam putarunt Silenum senem fuisse Bacchi alumnum, quia vinorum vetustas, omnes etiam prædictas turpitudines augeat. Idcirco dicebantur ab asino vehi solitus, quia tardi sunt plerunque & inutiles negocijs, qui plus potare solent, quam conveniat: nam voluptates omnes parum conferunt humane vitæ: quippe cum non animum solum, sed corpus etiam rebus omnibus inutile reddant, si plus operæ illis detur, quam natura ipsa postulaverit. ad huius rei sempiternam

31 2 nam